



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1842**

I. Markgraf Woldemar verkauft dem Kloster Eldena das Eigenthum über dessen Besitzungen in den Landen Perleberg, Lenzen und Grabow, im Jahre 1312.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

1625 aber 336 und im Jahre 1638 an 400 Menschen. Die Viehseuche raubte der Bürgerschaft im Jahre 1747 gegen 120, im Jahre 1751 aber 1234 Häupter Vieh.

## U r k u n d e n.

### I. Markgraf Woldemar verkauft dem Kloster Eldena das Eigenthum über dessen Besitzungen in den Landen Perleberg, Lenzen und Grabow, im Jahre 1312.

Nos Woldemarus dei gracia Marchio Brandenburgensis Lusatie atque Landesberghe omnibus presens scriptum inspecturis uel audientibus salutem et omne bonum. Tenore presencium litterarum protestamur, quod dominabus in cenobio Eldena rite et rationabiliter vendidimus omnes proprietates seu libertates omnium suorum reddituum iacentium in terra parleberghe et in terra Lensyn et in territorio grabowe pro quinquaginta quatuor marcis argenti licet maiorem partem eidem amore dei erogauimus, redditus supradictos distinguendo in villa sconevelte proprietates septem mansuum in uilla bokwolde vnus mansus, in rauensmolen decem et octo modiorum filiginis, in villa crave sex mansuum, in villa semelyn sex mansuum, in boberowe duorum mansuum, in mylowe quinque mansuum, in stesowe III<sup>or</sup> mansuum, in stapel quatuor mansuum, in villa melle quatuor mansuum, in villa warnowe quinque mansuum, in villa bekentyn duorum mansuum, in villa cyrsowe duorum mansuum, in ciuitate grabowe decem mansuum, in uilla hertefuelde septem mansuum, in uilla podendorpe vnus mansus et cum hoc proprietates tocius ville maioris wedemesse cum omni libertate, secundum quod auus et proauus noster actenus habuerunt; et quicquid iuris in dictis bonis habuimus in hiis scriptis integraliter resignauimus. Vt autem hec cartula maneat rata et inconuulsa a nostris successoribus ad maiorem caucionem et certitudinem has litteras intuentibus nostro sigillo fecimus roborari. Testes huius rei sunt sloteko noster cancellarius, Droyseko dapifer, Conradus dictus de rederen, hinribus pincerna, nostri fideles milites, et Redeke dictus de rederen famulus, Bernardus de bok et quam plures fide digni. Datum et actum anno domini Millesimo trecentesimo duodecimo in vigilia apostolorum philippi et iacobi in castro Tangermundis.

Nach dem im Großherzoglich Mecklenburgschen Geh. und Haupt-Archive zu Schwerin befindlichen besiegeltem Original.

### II. Markgraf Johann verleiht einigen Bürgern zu Lenzen den Hof Bökeren, im Jahre 1315.

Nouerint uniuersi, quorum aspectui vel auditui exhibitum fuerit presens scriptum, quod Nos Johannes, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, contulimus consueto et debito pheodi titulo andree et otherto fratribus in solidum, ciuibus nostris de Lentzen, curiam Bökeren, que fuit quondam Waltheri de ponte, cum omnibus attinentiis, possidendam pacifice pleno iure: et ne alicui de hoc dubium oriatur, dari iussimus presentem litteram, sigilli nostri robore communitam. T estes fuerunt Slotheko